

nostre pendebat, damnosam negligentiam haberetis, non attendentes reparationem tanti discriminis facilem esse post lapsum, cum nuper intellexerimus ^{a)}), quod circa reparationem pontis predicti salubre potest remedium adhiberi. Si segnitiam vestram per instantiam nimiam vultis redimere, et si vestram vultis contratam ^{b)}) hactenus a somnolentia excitare, devotioni vestre firmiter et districte precipimus quatenus, sicut unquam honorem nostrum et imperium diligitis, pro cuius fide iam multum sanguinis effudistis, si perhenne obprobrium cupitis evitare, omnes vires vestras, prudentiam et sollicitudinem ^{c)}) nulla mora protenta reducat in medium ad predicti pontis auxilium exurgentes, ut sub spe vestra in hoc ulterius non inveniamur decepti nec maiora superveniant incommoda ^{d)}), unde victoriam sperabamus. Quod si forte aliter, quod credi non posset, quasi cum videntibus oculis ^{e)}) hoc transire velitis ^{f)}), de voluntate vestra statim volumus edoceri ^{g)}), ut ex novo supervenienti negotio nobis aliud novum consilium ^{h)}) assumamus.

VIII.

(Kaiser) *Fr(iedrich II.) teilt der Stadt Pisa mit, daß er nach seinem Rückzug von Parma in Cremona eingetroffen sei und nun nach Borgo San Donnino (Fidenza) vorrücken wolle, um den Kampf gegen Parma mit Hilfe der Truppen aus Pavia, Bergamo, Cremona und Piemont fortzusetzen, während König Heinrich (Enzo) weiterhin die Gewässer des Po beherrsche. Der Kaiser fordert Pisa auf, die Bewachung der Straßen während des ganzen kommenden Monats März zu verdoppeln.*

(Cremona, kurz nach dem 19. Februar 1248) ¹⁾).

Hs. fol. 18^v.

Fr[idericus] etc. communi Pissarum.

Ne fama mali nuntia, que frequenter a veritate recedit, de hiis, que nuper acciderunt, corda vestra conturbet, scire vos volumus ⁱ⁾) per presentes, quod postquam de Victoria ab obsidione ^{k)}) Parme recessimus, eodem die recessus ^{l)}) nostri ^{m)}) salubriter cum tota nostra gente et familia nostra Cremonam sani de persona et salvi pervenimus, ubi sequenti die fere omnes, qui sparsim hinc inde diverterant, salubriter

^{a)} intellexerimus *Hs.* ^{b)} contractam *Hs.*, vgl. *D u C a n g e*, *Glossarium* 2 (1883) 541 ^{c)} sollicitudinem *Hs.* ^{d)} incomoda *Hs.* ^{e)} oculis *Hs.*
^{f)} nolitis *Hs.* ^{g)} edocere *Hs.* ^{h)} consilium *Hs.* ⁱ⁾ volumus *Hs.* ^{k)} ossidione *Hs.* ^{l)} recessus *Hs.* ^{m)} mei *Hs.*

¹⁾ Vgl. oben S. 406 Nr. 61.